Universitätsbibliothek Paderborn

Ecclesiasticvm Directorivm Sempiternvm

Sanctes <Savinas>

Romae, 1603

De planetis plicatis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41934

Visual Library

cum P.A. cum Paramentis Albis.
cum P.R. cum Paramentis Rubeis.
cum P.V. cum Paramentis Viridibus.
cum P.Viol. cum Paramentis Violaceis.

De Officio Beatæ Mariæ nihil annotatur, quia ſemper dicitur præter quam in offic. nouem lect. In Vigilia Natiuitatis Domini. In ferijs Maio Ebdom Infra oct. Paſchæ, & Pentecoſtes & in ſabb. quando fit officium Beatæ Mariæ.

De planetis plicatis.

IN diebus ieiuniorum. Et Quatuor Temporum Menſis Septembris, & in Dominicis, & feriis Aduentus, & Quadrag. ac in Vigil. Pentec. ante Miſſam Diaco. & Subdiac. in Miſſa maiori vtũtur planetis plicatis ante pectus, quam dimittit Subdiaco. cum lecturus eſt Epiſtolam, quam cantat in Alba, & poſtea reaſumit vt prius. Similiter Diacon. dimittit, cum lecturus eſt Euange. & tunc ſuper humerum ſiniſtrum ſuper ſtolam complicatur aut ponitur aliud genus ſtolæ latioris in modũ planetę plicatæ vulgo dicitur il Baſto. & ſic manet vſq;

facta.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

facta communione, & tunc dimiſſa ſtola ſiue baſto reaſſumit planetam vt prius. Excipiuntur. ab hoc ordinario Vigil. ſanctorum. Dom. 3. Aduentus & feriæ illius hebdomadæ, quando repetitur Miſſa Dom. & 4. Dom. Quadrag. Vigilis Natiuit. Quatuor Tempora Pentec. in quibus diebus vtuntur. Tunicella, & Dalmatica & fer 5. in cœna Domini. In Eccleſijs in quibus non habentur huiuſmodi planetæ, ſubdiaco. & Diaco. cantant & miniſtrant in Alba Subdiaco. cum manipulo & Diac. cum ſtola, & manipulo.

De colore Viridi.

IN omnibus Domin. ab oct. Epiphan. vſque ad Septuag. & à Dominica Trinitatis vſque ad Aduentum, & in omnibus ferijs. quando repetitur Miſſa Dom. per hebdom. Quando agitur offic. Domi. vti debet color Viridis. excepta Domi. infra oct. Corporis Christi quia & ſi ſit de Domi. offic. tam eſt oct. vt in Domi. infra oct. Natiuit. Epiphan. & Aſcenſionis in quibus non utitur uiridi, ſed Albo. vt in talibus oct.

De